



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. Vtrum esse redemptorem sit proprium Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

dis uitijis mortalium, quam sine contagione carnalis concupiscentiae caro nata in utero, & ex utero Virginali, & quid tam grate offerri & suscipi possit quam caro sacrificii nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?

AD SECUNDUM dicendum, qd Augu. * ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figurabilibus. Et est ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruanda nobis: secundum illud prima Pet. 4. Christo igitur passio in carne, & uos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desinit peccatis, ut iam non hominum desideris, sed uoluntate Dei, quod reliquum est, in carne uiuat temporis.

AD TERTIUM dicendum, quod passio Christi ex parte occidentium, ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium, unde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur, non autem illi, qui eum occiderunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

AD QVARTVM sic procedit.

Videtur, quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit uel redimit, quod suum esse non desit: sed homines numquam desierunt esse Dei, secundum illud Psalm. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. ergo uidetur, quod Christus non redemerit nos sua passione.

¶ 2 Præ. Sicut Aug. * dicit 13. de Trin. Diabolus a Christo iustitia superandus fuit: sed hoc exigit iustitia, ut ille qui inuasit dolose alienam, debeat priuari: quia fraudolus nemini debet patrocinari, ut etiam iura humana dicunt. Cum ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolose deceptor, & sibi subiugauerit, uidetur quod non debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi potestate.

¶ 3 Præ. Quicumque emit aut redimit aliquid, pretium soluit ei qui possidebat, sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostre) diabolo, qui nos captiuos tenebat. non ergo Christus sua passione nos redemit.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 1. Non corrumpilibus auro, uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. Et Gal 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, in quantum pro nobis passus est in ligno, ut supra dictum est. * ergo per passionem suam nos redemit.

RESPON. Dicendum, quod per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primo quidem, seruitute peccati, quia, Qui facit peccatum, seruus est peccati: ut dicitur Io. 8. & 2. Pe. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. quia igitur diabolus hominem tupe rauerat, inducendo eum ad peccatum, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundo, quantum ad reatum poenae, quo homo erat obligatus, secundum Dei iustitiam: & hic etiam est seruitus quaedam: ad seruitutem enim pertinet, quod aliquis patiat quod non uult: cum liberi homines sit uti seipso, ut uult. quia igitur passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato, & reatu poenae generis humani, eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberati sumus ab utraque obligatione. Nam ipsa satisfactio, qua quis satisfacit, siue pro se, siue pro alio, pretium quoddam dicitur, quo seipsum uel alium redimit a peccato & a poena, sicut illud Dan. 4. Peccata tua elemosynis redime: Christus autem satisfacit non quidem pecuniam dando, aut aliquid homini, sed dando id quod fuit maximum, seipsum. s. pro nobis. & ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo dicitur esse Dei, dupliciter. Vno modo, in quantum subicitur potestati eius, & hoc modo numquam homo desit esse Dei: sicut illud Dan. 4. Dominatur excelsus in regno hominum, & cuiusque uoluerit, dabit illud. Alio modo, per unionem charitatis ad eum, secundum quod dicitur Rom. 8. Si quis spiritu Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo numquam homo desit esse Dei. secundo uero modo, desit esse Dei pro peccato. & ideo in quantum fuit a peccato liberatus Christo passio satisfaciente, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

AD SECUNDUM dicendum, quod homo peccando obligatus erat & Deo & diabolo: quantum. n. ad culpam Deum offenderat, & diabolo se subdiderat, ei consentiens. unde ratione culpae non erat factus seruus Dei sed potius a Dei uirtute recedens, diaboli seruitutem incurrerat, Deo iuste hoc permittente, propter offensam in se commissam: sed quantum ad poenam, principaliter homo erat Deo obligatus, sicut summo iudici, diabolo autem tamquam tortori, sicut illud Mat. 5. Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, id est angelo poenarum crudeli, ut Chrysost. * dicit. Quamuis igitur diabolus iniuste, quantum in ipso erat, hominem sua fraude deceptum, sub seruitute teneret, & quantum ad culpam, & quantum ad poenam; iustum tamen erat hoc hominem pati. Deo permittente quantum ad culpam, & ordinante quantum ad poenam: & ideo per respectum ad Deum, iustitia exigeret, quod homo redimeretur, non autem per respectum ad diabolum.

AD TERTIUM dicendum, quod quia redemptio requirebatur ad hominis liberationem pro respectu ad Deum, non autem per respectum ad diabolum, non erat pretium soluendum diabolo, sed Deo: & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretium nostrae redemptionis) non dicitur obtulisse diabolo, sed Deo.

ARTICVLVS V.

Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod esse redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim in Psalm. 30.

¶ Super quæst. quadragesimae, articulus quintus.

¶ Titulus ut sonat, sumendus est, ita quod Christus sumitur, ut distinguitur a Patre, & Spiritu

Hom. 11. in Mat. in opere imperfecto longe a fin. tom. 2.

3. dist. 19. art. 4. q. 2.

¶ Super quæst. quadragesimae, articulus quartus.

¶ Titulus clarus. In corpore duo sunt. Primo manifestatur status terribilis generis humani quo ad culpam. s. & poenam. Secundo respondetur quæstio una conclusionis, s. passio Christi est nostra redemptio. Primum declaratur quo ad peccatum & diaboli fugiorem auctoritatem, quo ad poenam uero ratione clara in littera. Conclusio probatur: Passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis, & pro reatu generis humani. ergo fuit quasi pretium, quo liberati sumus ab utraque seruitute. ergo fuit nostra redemptio.

Prima consequentia probatur: quia satisfactio habet rationem pretii redemptiui. Probatur auctoritate Dan. 4. Secunda consequentia clara est ex le. Et amplius declaratur, quia pretium oblatum a Christo, fuit non pecunia, sed ipsemet patiens.

¶ 4. dist. 19. ad 3. art.

Spiritu sancto, & ab alijs sanctis. Et est sermo de redemptione uniuersali humani generis, quam dictum est in praecedenti articulo esse effectum passionis Christi.

In corpore sunt duae conclusiones. Prima est: Esse redemptorem immediate, est proprium Christi, in quantum homo. Secunda est: Redemptio potest attribui toti Trinitati, ut prima cause, Probantur ambe simul. Vtrumque horum scilicet actus solutionis, & pretium solum, pertinet immediate ad Christum, in quantum homo, & ad totam Trinitatem ut primam causam.

Gl. in te rli. ibid.

ergo. Assumptum pro prima parte probatur, quia pretium nostrae redemptionis est uita corporalis Christi, quam ipse Christus exoluit.

Pro secunda uero; quia uita corporalis Christi erat Trinitatis, ut prima cause, & ipsa Trinitatis inspirauit animam Christi, ut poneret uitam suam pro nobis. Consequentia autem probatur: quia ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur, & quod ipse soluat, & quod soluat de suo. Et primum quidem patet: quia alioquin non redimeret: secundum autem probatur, quia si de alio redimeret, magis redimeret dominus pretii, quam ille soluens, ut patet in his, qui de elemosinis redimunt captiuos.

SED CONTRA est, quod dicitur Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: sed solus Christus factus est pro nobis maledictum. ergo solus Christus debet dici noster redemptor.

Aduerte hic, quod conuenientium Christo mediante humana natura, duplex est differentia. Quaedam enim sunt dispositiones essendi aut patendi, ut esse calidum, mansuetum, flagellatum, crucifixum, tristem, & huiusmodi: & haec omnino sunt propria Christo, ut distinguitur a Patre & Spiritu sancto. Quaedam uero sunt actiones, ut docere, sanare, redimere, saluare, &c. & de his aliter est dicendum secundum rem, & aliter secundum nomen appellationem. Nam secundum rem, dicendum est, quod actio dupliciter sumitur, scilicet causaliter, uel personaliter. Et hoc est dictum, actionem Christi sumi posse, uel secundum quod est actio a suis efficientibus exiens, & sic qualibet talis Christi actio est effectiue a rota Trinitate mediate, & ab humanitate Christi immediate: tota scilicet Trinitas saluauit genus humanum, & sanauit infirmos, suscitauit mortuos, &c. ita quod infra limites causalitatis ita do, non magis uerbum quam Pater, & Spiritus sanctus saluauit, sanauit, docuit, &c. quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra.

Alio autem modo, scilicet personaliter sumpta huiusmodi actiones (hoc est ut terminantur ad hypostasim cuius sunt non dico ut causa, sed ut hypostasis seu personae) sic sunt propria filio, ita quod nec Patri nec Spiritu sancto conueniunt: ita enim personaliter filius Dei docebat, sanabat, redimebat, saluabat per assumptam humanam naturam, quod nec Pater nec Spiritus sanctus personaliter haec operabatur: nam ille homo docens, sanans, saluans, redimens, &c. erat filius Dei: & non Pater nec Spiritus sanctus, nec Trinitas.

Secundum uero nomen denominationem considerandum est, an nomen, de quo dicitur, importet principaliter actionem ut exitum a causa, an actionem ut respicit hypostasim cuius est, an utrumque: si la. n. quae principaliter respiciunt causam, inter communia toti Trinitati comparanda uidentur, ut mortuos suscitare, miracula facere & reliqua actiones, quas Christus licet mediante humana natura exercuit, principaliter tamen ratione deitatis. Illa uero quae

Determinant hypostasim principaliter, inter propria computanda sunt; ut praticare, ambulare, admirari, uidere & huiusmodi. Quae autem medio modo, & ad causam, & personam referri indifferenter aut quasi indifferenter se permittunt, distinctione digna sunt, & in horum numero locasse uidetur Auctor redemptionis motus, ut

RESPONDEO dicendum, quod ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solum. si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostrae est sanguis Christi, uel uita eius corporalis, quae est in sanguine, quam ipse Christus exoluit: unde utrumque istorum ad Christum pertinet immediate, in quantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam, & remotam, cuius erat, & ipsa uita Christi, sicut primi actoris, & a qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, ut pateretur pro nobis: & ideo esse immediate redemptorem, proprium est Christi, in quantum est homo: quamuis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut prima causa.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Glossa. hoc sic exponit, Tu domine Deus ueritatis, redemisti me in Christo clamante: In manus tuas domine, commendando spiritum meum! Et sic redemptio immediate pertinet ad

te, est commune Trinitati: redimere autem Christo: quia personaliter loquendo, sola Christi persona, & de solius suae personae pretio redemit genus humanum, ut patet ex dictis.

In responsione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Passiones sanctorum proficiunt ecclesiae non per modum redemptionis: tum quia hoc est contra ipsam auctorem in quarto sententiae distinctio 20. ubi thesauri uel ecclesiae: ex quo indulgentiae efficaciam habent, passiones sanctorum continere dicit: tum, quia hoc idem Clemens textus in extranaganti de subilao quinquagenario expresse dicit. Constat autem passiones per indulgentiam applicatas per modum satisfactionis, ac per hoc redemptionis proficere ecclesiae, igitur.

Ad hoc dicitur, quod sententia huius littere non est contra doctrinam de efficacia indulgentiarum ex thesauro meritorum Christi & sanctorum, quam esse Romanae Ecclesiae doctrinam & ab omnibus amplectendam nuperrime sanctissimus dominus noster Ieo decimus per suam decretalem ad me nunc in Germania legatum, significauit in haec uerba (adhibitis censuris contra praedicantes oppositum, ut quidam iam coeperant.) Per praesentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliqua tamquam matrem sequi tenentur, tradidisse Romanum Pontificem Petri clauigeri successorem, & Iesu Christi in terris Vicarium, potestate clauum, quarum est aperire regnum caelorum, tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta (culpam scilicet, & poenam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidam mediante sacramento poenitentiae, poenam uero temporalem pro actualibus peccatis, secundum diuinam iustitiam debitam mediante ecclesiastica indulgentia) posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate iungente membra sunt Christi, siue in hac uita sint, siue in purgatorio indulgentias ex superabundantia meritorum Christi & sanctorum; & tam pro uiuis quam pro defunctis Apostolica auctoritate indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum

rotem Iesu Christi, & tantum dispensare, & per modum abolitionis indulgentiam ipsam conferre, vel per modum suffragii illam transferre contuuisse, ac propterea omnes tantum, quam defunctos, qui ueraciter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerint, a tanta temporalis poena secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quata concessa & acquisita indulgentia aequaliter. Et sic ab omnibus tenentibus & praedicari debent, sicut excommunicacionis latae sententiae poena, a qua illi incurrentes ab illis quia a Romano Pontifice, nisi in articulo mortis, nequeat abolitionis beneficium obtinere auctoritate apostolica earundem tenore presentium decernimus. Haec ubi sed intendit Auctor de passionibus sanctorum absolute, in quod inter passiones Christi, & sanctorum multiplex in proposito traditur hic differentia. Prima est in uerbo, passiones nam passiones Christi absolute te redimunt Ecclesiam, passiones autem sanctorum non absolute (ut hic dicitur) sed superflue tantum satisfaciunt pro nobis, ut in 4. sent. & in dicta extraneante contenerur. Secunda est in uerbo redemptionis: quoniam passio Christi redimit simpliciter: quia a seruitute culpa & poena: passiones uero sanctorum non nisi secundum quod redimunt, scilicet a poena quadam scilicet temporalis poena actuali peccato debita. Tertia est in uerbo, proficiunt: quia passio Christi prodest Ecclesiae per modum redemptionis, etiam si nulla claus Ecclesiae intercedat: sed passiones sanctorum non pro me satisfaciunt, nisi a uiam auctoritate mihi applicentur. Tot ergo limitationibus opus cum sit ad uerum sanctorum, quod ali- quae passiones san-

hominem Christum principaliter autem ad Deum.

AD SECVNDVM dicendum, quod pretium redemptionis nostrae homo Christus soluit immediate: sed de mandato patris, sicut priorum ad actorem.

AD TERTIVM dicendum, quod passiones sanctorum proficiunt Ecclesiae, non quidem per modum redemptionis, sed per modum exempli & exhortationis, secundum illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione & salute.

ARTICVLVS VI.

Verum passio Christi operata sit nostrae salutem per modum efficientiae.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non sit operata nostrae salutem per modum efficientiae. Causa enim efficiens nostrae salutis, est magnitudo diuinae uirtutis, secundum illud Isa. 59. Ecce non est abbreviata manus eius, ut saluare non possit. Christus autem crucifixus est ex infirmitate, ut dicitur 2. ad Cor. 13. non ergo passio Christi efficienter operata est nostrae salutem.

¶ 2. Præter. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum, unde et Christus tangendo mundauit leprosum, ut ostenderet carnem suam salutiferam uirtutem hanc, sicut Chrysostomus dicit. Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines, ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

¶ 3. Præter. Non uis eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiae, quia ille qui meretur, expectat effectum ab alio: sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti, non ergo per modum efficientiae.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Cor. 1. quod uerbum crucis, his qui salui sunt, est uirtus Dei: sed uirtus Dei efficienter operatur nostram salutem, ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutem.

RESPON. Dicendum, quod duplex est efficiens, principale, & instrumentale. Efficiens quidem principale humanæ salutis est Deus. Quia uero humanitas Christi est diuinitatis instrumentum (ut supra dictum est) ex consequenti omnes actiones & passiones Christi, instrumentaliter operantur in uirtute diuinitatis ad salutem humanam. Et secundum hoc, passio Christi

efficienter causat salutem humanam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod passio Christi relata ad Christi carnem, congruit infirmitati assumptæ. Relata uero ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam uirtutem, secundum illud 1. ad Cor. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, quia scilicet, ipsa infirmitas Christi, in quantum est Dei, habet uirtutem excedentem omnem uirtutem humanam.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spirituales uirtutes ex diuinitate unita, & ideo per spirituales contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem, & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli, quem proposuit Deus pro peccatore per fidem in sanguine ipsius.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi, secundum quod comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiae: in quantum uero comparatur ad uoluntatem anime Christi, agit per modum meriti: secundum uero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur a reatu poenae: per modum uero redemptionis, in quantum per eam liberamur a seruitute culpe: per modum autem sacrificij, in quantum per eam reconciliamur Deo, ut infra dicitur.

QVAESTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ipsis effectibus passionis Christi.

ET circa hoc quaeruntur sex.

¶ Primo, Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

¶ Secundo, Vtrum per eam simus liberati a potestate diaboli.

¶ Tertio, Vtrum per eam simus liberati a reatu poenae.

¶ Quarto, Vtrum per eam simus Deo reconciliati.

¶ Quinto, Vtrum per eam sit nobis aperta ianua caeli.

¶ Sexto, Vtrum per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

AD PRIMUM sic proceditur. Vtrum, quod per passionem Christi Tertia S. Thomae.

etorum profunt: Ecclesia per modum redemptionis: ac per hoc affirmatiua non nisi secundum quid fit uera, potuit absque ullo ueritatis prauidicio negatiua simpliciter, & absolute asseri, dicendo quod passiones sanctorum non profunt ecclesiae per modum redemptionis. Et cum ueritate istius negatiuae stare iam patet doctrinam de efficacia indulgentiarum ex meritis sanctorum.

¶ Super Questionis quadragesima octaua Articulum sextum.

Thomus clarus ut sonat.

In corpore est una distinctio bimestris cum duabus conditionibus, iuxta ipsa membra. Distinctio est: Causa efficiens duplex: principalis, uel instrumentalis, prima conclusio est: Causa efficiens principalis nostrae salutis est Deus. Secunda est: Passio Christi est causa efficiens instrumentalitatis nostrae salutis. Probat haec: Humanitas Christi est deitatis instrumentum, ergo omnes actiones, & passiones Christi operantur instrumentali uirtute deitatis ad salutem humanam, ergo passio Christi efficienter causat nostrae salutem.

¶ Aduert hic & per responsione ad secundum, quod passio Christi ut Auctor dicit, tenet locum medicinae. Et quemadmodum medicina corporaliter adhibita infirmo instrumentaliter sanat, ita passio Christi spiritualiter contactu fidei, seu fidei sacramentis adhibita nobis, sanat nos etiam instrumentaliter. Differentia autem est, quia medicina corporea adhibita, fit instrumentum naturae ipsius infirmi: medicina autem passionis uenit instrumentum deitatis, & sola adhibitione per fidem seu sacramenta eget ad hoc, ut nos sanat.

¶ Super Questionis quadragesima nona Articulum primum.

Thomus intelligit de liberati a peccato per X

¶ Super Questionis quadragesima octaua Articulum sextum.

¶ Super Questionis quadragesima octaua Articulum sextum.

¶ Super Questionis quadragesima nona Articulum primum.

In 4. sent. 2. d. 1. q. 1. c. 1.

In 4. sent. 2. d. 1. q. 1. c. 1.

In 4. sent. 2. d. 1. q. 1. c. 1.